



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 40. Lotharingii Cardinalis consilium de absolvenda Synodo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

**Sæcul. XVI.**

A.C. 1563.

qui ipsum res gestas enarrantem summa animi voluptate percepit, ratum tamen non habuit, quod Legati declarassent, se a Synodo recessuros, si Comes Lunensis absolvendæ Synodo obstatula opponere non desisteret: non enim, inquietabat Papa, decet, Concilium deferere ob privati cujusdam cavaillationes: unde per responsum Victorio injunctum illos hortabatur, ut suos labores usque ad Concilii exitum strenue prosequerentur.

### §. XL.

#### *Lotharingii Cardinalis consilium de absolvenda Synodo.*

Pallav. c. 2.  
num. 4  
Sarp. l. c.

Tandem Concilium absolvvi ferme omnes ardenter expetebant, atque inter alios Cæsarei nomine Imperatoris id effictim rogabant, imo non modo Hispani Præsules haud amplius obfistebant, sed etiam suis sermonibus sat aperte indicabant, quod Synodi exitum non minus avide, quam ceteri præstolarentur: in quodam insuper conventu hac super re die duodecima Novembris habitu Lotharingius Cardinalis hæc proponebat: „Equidem Cæsar, „atque Rex Catholicus ab initio sese „absolvendo Concilio opponebant, sed „moti validis hortationibus, evidentibusque necessitatibus Galliæ, quæ verfa-

"versatur in discrimine secedendi, rem- Sæcul. XVI.  
 "que per propriam nationis Synodum A.C. 1563.  
 "corrumpendi, cesserunt voluntati Pon-  
 "tifícis tanquam filii obsequentes: ve-  
 "rum ægerrime Clerus, omnesque  
 "Franciæ Ordines, qui Possiacum pro  
 "colloquio venerunt, retineri poterant,  
 "ne aliter sibi consulerent, donec Con-  
 "cilium terminaretur: porro iidem res  
 "Synodo adversas statuere meditan-  
 "tur, imo reipsa etiam statuent, si Sy-  
 "nodus ultra protraheretur: insuper si  
 "Synodus longius procedet, non modo  
 "spatium temporis porrigetur hæreticis  
 "concionatoribus ad inferendam popu-  
 "lis pravam doctrinam, eamque tam  
 "alte, ut ad ipsam postmodum evellen-  
 "dam satis non sint ne ipsa quidem Con-  
 "cilio Decreta: nec minus Gallici etiam  
 "Præfules adgentur ad discessum ante  
 "Synodi finem, partim ob dispendii gra-  
 "vitatem, partim ob alias privatas, pub-  
 "licasque necessitates, quod a complu-  
 "ribus jam peractum videtur, & brevi  
 "a cunctis peragetur, si res amplius  
 "protrahatur: imo ego ipfus quoque  
 "ab utraque necessitate ad profecionem  
 "compellor, necnon ad Nativitatis Do-  
 "minicæ festa in Franciam redire sta-  
 "tuo: quamquam si Synodus die præ-  
 "stítuto erit absolvenda, Synodi Patri-  
 "bus integrum erit efficere, ut mihi il-

E 5

,,lud

**Sæcul. XVI.** "Iud procuretur solatium, quod in Fran-  
**A.C. 1563.** "ciam optatum de absoluto Concilio  
 "nuntium mecum deferre possim.

## §. XLI.

*Legatorum sollicitudo pro discutiendis  
quæstionibus.*

**Pallav. n. 5.** Omnes Patres ibidem congregati ra-  
**& 6.** „tionibus a Cardinale propositis ap-  
 plaudebant, ac Synodum penitus ab-  
 solvi petebant; obsistebant tamen  
 Leridensis, & Legionensis Episcopi,  
 petentes, ut antea Regis Catholici con-  
 sensus obtineretur: alii quoque prius  
 adhuc quasdam agitari quæstiones po-  
 stulabant, sed & hi nonnisi remissius  
 id urgebant: itaque Legatorum primus  
 Ecclesiasticis Oratoribus horum Patrum  
 opinones exponebat, prævalente tamen  
 Cardinalis Lotharingii sententia omnes  
 eo intenti erant, ut de ratione hanc  
 Synodum feliciter finiendi deliberare-  
 tur: quam in rem inter omnes conven-  
 tum, quod oporteret operam navare  
 ad stabiliendas reliquas disciplinæ leges,  
 & in iis, quæ spectant ad Principum  
 reformationem, suaviter procedendum:  
 ideo summopere placuit exemplum  
 Decreti missum a Pontifice, in quo re-  
 novabantur de his sanctiones Concilio-  
 rum, Canonumque antiquorum, & ad-  
 hibebantur paternæ admonitiones pro  
 eo,